

Piergiuseppe Pandolfo
Il conflitto delle interpretazioni intorno al c. 96 di Catullo

1. Catull. 96

Si quicquam mutis gratum acceptumve sepulcris
accidere a nostro, Calve, dolore potest,
quo desiderio veteres renovamus amores
atque olim missas flemus amicitias,
certe non tanto mors immatura dolori est
Quintiliae, quantum gaudet amore tuo. 5

2. Calv. frr. 15 e 16 Blänsdorf

cum iam fulva cinis fuero (fr. 15)
forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis (fr. 16).

3. Prop. 2, 34, 89-90

haec etiam docti confessa est pagina Calvi,
cum caneret miserae funera Quintiliae

4. Ov. *trist.* 2, 431-432

par fuit exigui similisque licentia Calvi,
detexit variis qui sua furta modis

5. Prop. 2, 34, 85-94

haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro, 85
Varro Leucadiae maxima flamma suae;
haec quoque lascivi cantarunt scripta Catulli,
Lesbia quis ipsa notior est Helena;
haec etiam docti confessa est pagina Calvi,
cum caneret miserae funera Quintiliae. 90
et modo formosa quam multa Lycoride Gallus
mortuus inferna vulnera lavit aqua!
Cynthia quin <ivet> versu laudata Properti,
hos inter si me ponere Fama volet.

6. Ov. *trist.* 2, 427-442

sic sua lascivo cantata est saepe Catullo
femina, cui falsum Lesbia nomen erat;
nec contentus ea, multos **vulgavit** amores,
in quibus ipse suum **fassus** adulterium est. 430
Par fuit exigui similisque licentia Calvi,
detexit variis qui sua **furta** modis.
Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser,
et leve Cornufici parque Catonis opus.
Quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos 435

rebus adest nomen nominibusque pudor,
et quorum libris modo dissimulata Perilla est,
nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo?
Is quoque, Phasiacas Argon qui duxit in undas,
non potuit Veneris fulta tacere sua. 440
Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Servi
carmina. quis dubitet nomina tanta sequi?

7. Catull. 76, 1-8

Si qua recordanti benefacta priora voluptas
est homini, cum se cogitat esse pium,
nec sanctam violasse fidem, nec foedere nullo
divum ad fallendos numine abusum homines,
multa parata manent in longa aetate, Catulle, 5
ex hoc ingratu gaudia amore tibi.
Nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt
aut facere, haec a te dictaque factaque sunt.

8. Ov. am. 3, 9, 59-66

Si tamen e nobis aliquid nisi nomen et umbra
restat, in Elysia valle Tibullus erit. 60
Obvius huic venies hedera iuvenalia cinctus
tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo;
tu quoque, si falsum est temerati crimen amici,
sanguinis atque animae prodige Galle tuae.
His comes umbra tua est, si qua est modo corporis umbra; 65
auxisti numeros, culte Tibulle, pios.

9. Catull. 66, 75-76

non his tam laetor rebus, quam me afore semper,
afore me a dominae vertice discrucior.

10. Cic. *fam.* 4, 5, 6 (lettera consolatoria di Servio Sulpicio Rufo a Cicerone per la morte della figlia Tullia)

si qui etiam inferis sensus est, qui illius in te amor fuit pietasque in omnis suos, hoc certe illa te facere
non vult
(«se c'è una qualche sensibilità anche nei defunti, con l'amore che ha avuto per te e la devozione per
tutti i suoi, certo ella non vuole che tu faccia così»)

11. Antip. Sid. *AP* 7, 23

ὅφρα κέ τοι σποδιή τε καὶ ὄστέα τέρψιν ἄρηται,
εἰ δή τις φθιμένοις χρίμπτεται εὐφροσύνα
(«perché la cenere e le ossa ne traggano diletto, se qualche gioia può raggiungere i defunti»).

12. CLE 1339, 7 Bücheler

siquis post funera sensus

13. CLE 1552, 38-39

nunc ego non dubitem tacitis Acherontos in umbris,
si post fata manet sensus, gaudere parentem
(«ora io non dubiterei che nelle silenti ombre di Acheronte, il genitore goda [del mausoleo offertogli dal figlio], se rimane sensibilità dopo la morte»).

14. GVI 720, 5-6 Peek (= 116 Kaibel)

τεθνειώς δ' οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ἀλλ' ὅτι πένθος
ἀμφοτέροις ἔλιπον λυγρὸν ἐμοῖς τοκέσιν
(«non tanto di esser morto mi dolgo, ma di aver lasciato grave lutto a entrambi i miei genitori»)

15. CLE 995 (età di Tiberio), 9-10

nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior ipsa
maeror Atimetis coniugis ille mei
(«e non me ne dolgo per me: più triste della stessa morte mi è la grande pena del mio sposo Atimeto»).

16. CLE 409, 6-7

nec solum hoc quia me rapuit Fatum male fecit;
quod pater et mater plangunt, hoc plus male fecit
(«il destino ha fatto del male non solo in quanto ha portato via me: più male ha fatto in quanto piangono mio padre e mia madre»).

17. Damag. (III a. C.) AP 7, 540

οὐ τὸν δόλιον κλαίομεν ἄμμι μόρον,
καίπερ ὑπὸ Θρηκῶν φθίμενοι χερός, ἀλλὰ τὸ κείνου
γῆρας ἐν ἀργαλέῃ κείμενον ὄρφανή
(«non piangiamo il nostro proditorio destino di morte, benché periti per mano dei Traci, ma la vecchiaia di lui, che giace in penosa privazione dei figli»).

18. Leonid. AP 7, 455, 4-6 (epitafio dell'ubriacona Μαρωνίς)

στένει δὲ καὶ γᾶς νέρθεν, οὐχ ὑπὲρ τέκνων,
οὐδ' ἀνδρός, οὓς λέλοιπεν ἐνδεεῖς βίου:
ἐν δ' ἀντὶ πάντων, οὕνεχ' ἡ κύλιξ κενή
(«si lamenta anche sottoterra non per i figli né per il marito che ha lasciati privi di sostentamento: di una sola cosa e non di altro, che la coppa [rappresentata sulla tomba] è vuota»).

19. Catull. 38

Malest, Cornifici, tuo Catullo,
malest, me hercule, et laboriose,
et magis magis in dies et horas.
Quem tu, quod minimum facillimumque est,
qua solatus es allocutione?
Irascor tibi. Sic meos amores?

Paulum quidlubet allocutionis,
maestius lacrimis Simonideis.

20. Catull. 76, 1-8

**Si qua recordanti benefacta priora voluptas
est homini**, cum se cogitat esse pium,
nec sanctam violasse fidem, nec foedere in ullo
divum ad fallendos numine abusum homines,
multa parata manent in longa aetate, Catulle, 5
ex hoc ingrato gaudia amore tibi,
nam quaecumque homines bene cuiquam aut dicere possunt
aut facere, haec a te dictaque factaque sunt

21. Catull. 66, 75 s.

non his tam laetor rebus, quam me afore semper,
afore me a dominae vertice discrucior

22. Catull. 109

Iucundum, mea vita, mihi proponis: amorem
hunc nostrum inter nos perpetuum usque fore,
di magni, facite ut vere promittere possit,
atque id sincere dicat et ex animo,
ut liceat nobis tota perducere vita 5
aeternum hoc sanctae foedus amicitiae

23. Catull. 72

Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec prae me velle tenere Iovem.
dilexi tum te non tantum ut vulgus amicam,
sed pater ut gnatos diligit et generos,
nunc te cognovi; quare, etsi impensius uror, 5
multo mi tamen es vilior et levior,
qui potis est, inquis? quod amantem iniuria talis
cogit amare magis, sed bene velle minus.

24. Catull. 70

Nulli se dicit mulier mea nubere malle
quam mihi, non si se Iuppiter ipse petat,
dicit; sed mulier cupido quod dicit amanti,
in vento et rapida scribere oportet aqua.